Subditor Capitaneat Tikocinen iuramenta

Honesti Mathias Niedzwiedz de Villa Lesniki Advocatus Jozephus Busma de Villa Saniki Scabinus Valentinus de Villa Zlotoria Scabinus Michael de Villa Jezewo Scabinus Mathias Bacik advocatus de Villa Mazury Alexius piotrasik de Villa Brok Scabinus Subditi Sacrae Regiae Maiestatis Capitaneatus Tikocinen tenutae Magnifici Alberti Weszel Vexilliferi Curiae Regni Rozanen Makovien Tykocinen Capitanei Iuramentum Corporale Super novum et recentem desertationem mansorum in Variis Villis ad Capitaneatum Tikocinen pertinen in eam Rotham prout post Executionem prioris iuramenti super desolationem mansorum Centum Novem Anno praesenti Superiori tempore praestitam de novo recenti tempore Estate praesenti in Variis Villis ad Capitaneatum Tikocinen praenom mansi Sex per Subditos antea possessi ob fugam et paupertatem Subditorum et mansi Triginta novem Censuales Vulgo platne quos Varij Nobiles antea ex certo censu pecuniario colebant ob proiectionem eorundem sunt deserti desolati nec arati sed vacui ac inculti iaceant proiecti ex quibus Contributiones publicae pro necessitate Regni percipi et exigi non possunt in praesentia officij praesentis Super imaginem passionis Jesu Crucifixi observata solemnitate iuramentorum praestiterunt et debite sunt executi quod ad affectationem eorum est ad inscriptum et extraditum.

Honestus Paulus Kulito advocatus de Villa Treiane Christophorus Doskoc Scabinus de eadem Villa Treiane Subditi Sacrae Regiae Maiestatis tenutae Magnifici Alberti Weszel Vexilliferi Curiae Regni Rozanen Makovien Tikocinen Capitanei Iuramentum Corporale Super novam desolationem in Varijs Villis ad praefecturam Treianen pertinen in eam iuramenti rotam prout post executionem prioris iuramenti Super desolationem mansorum Undecem anno praesenti Superiori tempore praestitam in Varijs Villis ad praefecturam Sylvanam Treianen pertinen recentiori tempore Estate praesenti mansi possessionati quatuor et mansi Censuales Vulgo platne octo ob paupertatem Subditorum sunt deserti et vacui proiecti ac inculti iacent et ex iis Contributiones publicae percipi non possunt in facie officij praesentis Super imaginem passionis Jesu Crucifixi observata Solemnitate iuramentorum Judicialiter praestiterunt et debite sunt executi quod eisdem inscriptum et extraditum est.

Honesti Joannes Wasiucienia Advocatus de Villa Bratystok Mathias Magdziel de Villa Stanyselce Subditi Sacrae Regiae

Maiestatis

84 Rol

Maiestatis tenutae Magnifici Alberti Weszel Vexilliferi Curiae
Regni Rozanen. Makovien. Tikocinen. Capitanei Juramentum
Corporale super novam et recentem desolationem mansorum in Variis
villis ad tenutam Bialostocen. pertinen. in eam rotham prout post
executionem prioris Juramenti super desolationem mansorum Triginta
quinque anno praesenti superiori tempore praestitam recenti tempore desola
te praesenti in Variis villis ad tenutam Bialostocensem pertinen.
Mansi possessionati septem et Medius et Hortulani Octo ob pauperta
tem et angarias militum sunt desolati deserti et proiecti ac inculti
jacent et ex eisdem Contributiones publicae percipi non possunt
In praesentia Officii praesentis et sui

Wroblewski proconsul Bransc. Dilao

In Causa et actione Judicii vertente inter Instigatorem Sacrae Regiae
Maiestatis et eius delatorem Generosum Joannem Casimirum Zuba Exactorem
Contributionum Terrae Bielscen. Duellionum et eius succollectorem Nobilem
Albertum Wroblewski Proconsulem oppidi Sacrae Regiae Maiestatis Bran
sen. alter et intervenientem ... Joannis Leikowicz Popławski
de Popławy ... ad ... et de Regno Poloniae Domi
nis eidem annexis proscribendum Ideo quod ipse Contraveniendo
Constitutionibus Regni et Laude publico ... particulari
Terrae Bielscen. Sancito contributionem publicam Duellionum alias
Czopowego a braxatione Cerevisiae adiunctis coxturis debitam et ad
fiscum Sacrae Regiae Maiestatis pertinentem nec ad manus Exa
ctoris nec eius succollectoris praedicti Alberti Wroblewski pro
Anno praeterito millesimo sexcentesimo quadragesimo nono
solvere et reddere non vult nec curat per quod poenam
Bannitionis succubuit et triplicis pensionis Citatione qua
de hoc latius enarrante Hodierno itaque in termino
ex Citatione iam praesens legitime deducto Officium
praesens Castrense Capitaneale Bransense Contraver
sias partium utrarumque actore per famatum Albertum
Wroblewski Proconsulem Bransen. et succollectorem
Duellionum Terrae Bielscen. Citato vero per Nobilem
Valerium Gnorowski ad tuendam causam praesentem
honoris admissam Judicialiter satis exauditis et de
lite intellectis Pro Causa hinc Coram suo officio
adiuvando Citato procedere decrevit tandem ad
affectationem utriusque partis eandem dillationem uni
Dicam ad docendum de termino ad sequentes querela
rum terminos dedit et concessit In quibus parte utri
usque ad dillationem suam satisfaciendam Citato
vero ad attentandum et id quod iuris erit decernendum
Terminum paratum et peremptorium praefixit et
conservavit atque conservavit ... ...